

Epistola nuncupatoria

corpore quidē in terris uersantes, ingenio autē penē diuino sublimia rimantur, quæcūf supra captū humanū esse uidebantur, tam luculentis rationibus irrefragabilibusq; demonstrationibus probarunt, ac ueluti in manus posterrorū tradiderūt, ut magis inuentū angelicum q; humanum credi possit. Et certe nisi illi tam sublimi prædicti ingenio, hæc ipsa iecissent fundamenta, auctum fuisset nostro tempore de meliori illa & sublimiori Astronomiæ parte. Nemo enim mortaliū nostro æuo peruenire posset eò suo ingenio, quò prima illa penetrarunt acumina, adeò hæc uis diuina in homine degenerauit à natuua sua maiestate, labiturq; cum labenti mundo & obscuratur in nobis lux illa, qua primi homines uenientes in hunc mūdum illuminabantur. Quot putas haberemus hodie in mundo doctos uiros, si non uteremur aliorum inuentis? Esto, humanum ingenium hodie eò posse peruenire, ut deprehendat solem communicare lumen stellis & planetis, lunamq; suo accessu ad solem & recessu ab eo augeri minuiū lumine iuxta aspectū nostrū, nō reipsa, cùm semper medium eius corpus & aliquid amplius radio solari irradiietur, atq; ob id inferior sole deprehendit esse, alias enim nunq; cornuta appareret, sicut nec Venus neq; Jupiter splendidissimi planetæ soli applicates deintegritate sui luminis aliquid amittunt, nemo tamē facile inueniret, terram sua diametrali interpositione causam esse lunaris defectus, præsertim cū non in omni oppositione luminariū eclipsis cōtingat, neq; reliqui planetæ qui in oppositū solis uenire possunt, unq; suo spoliētur lumine, quantūlibet interueniat terræ interpositio. Quis proinde hodie, etiā acutissimo polens ingenio, inuenire posset umbræ pyramidalis longitudinem, quæ à terra in opposito solis cōsurgit, atq; crassitiē eiusdem umbræ in loco transitus lunæ, quando illa est uel in auge epicycli uel in opposito eius? quod unicum & subtilissimū est fundamentū, per quod ueteres rerum cœlestiū scrutatores deprehenderūt corporū solis ac lunæ magnitudinē, per quod & semidia metros à cētro terræ ad ccelos usq; solis & lunæ, siue distantias eorū à cētro terræ subtili inuestigatione inuenerunt. Circuitū terræ, areā eius siue superficiem conuexā, diametrum eius atq; semidiometrū, quin & totam crassitiem seu continentiam eius inuenire non omnino difficile fuit, at à superficie terræ ad concavitatem lunæ & solis ascendere, interuallumq; illud metiri, & ex consequenti circulos orbiū solis & lunæ, corporūq; ipsorum inuenire crassitiē, acutissimi ingenij labor fuit, sed quod totū, ut diximus, ex umbre terre pyramide, cuius conū usq; in cœlum Mercurij erigi inuenerūt, nō sine sudo re & magna ingenij acrimonia fuit deprehēsum. Hinc prodijt mirabilis illa tabula de magnitudine et collatione semidiometrorū solis ac lunæ atq; umbre terræ tēpore oppositionis & cōiunctionis luminariū, quādo hę tres aut saltē duę cōcurrūt diametri in unā lineā, nisi quantū luna deuiat ab ecliptica in austrū uel septētrionē. Rarissimē em̄ fit, ut centrū corporis lunaris in oppositiōe præcisē ueniat in centrū umbre terre, sed ferè semper aliquā habet ab ecliptica.